

qui se arbitro per Capitulum - - vel Canonicum - -aut Canonicos, contra quod, quem / vel quos, nobis actio tunc competet. etiam similiter de Canonicis *Curiæ* residentibus, exhibendo adiungat. Adiecto. quod quicquid per dictos duos arbitros, vtrumque / vt prescribitur exhibendos, vnâ cum tercio communi arbitro, non minus *Curiensis* Canonico, et *Curiæ* residenti, ad decisionem⁵ preacti emersi, per dictos duos / exhibitos arbitros assumendo. vel per dictum Capitulum, aut maiorem partem Capituli, si predicti duo adiuncti arbitri, tercium assumendum habere non possent / taliter vt prefertur, duobus exhibitis arbitris, pro tercio et communi arbitro sociando, vel maiorem ipsorum partem, determinatum, laudatum, et arbitratum fuerit. seruare / tenere, et ratum habere velimus, et teneamur perpetuis temporibus inconcusse. Si quoque electionem, de nobis in prepositum Ecclesie *Curiensis*, per sepedictum Capitulum celebratam / vel nos, aut dictum Capitulum, occasione dicte electionis, a quocumque quamuis auctoritate contigerit inipugnari, huiusmodi inipugnationem, sine dampno, et absque expensis dicti / Capituli tenebimur defensare. Et vt hec omnia et singula supra-scripta, a nobis perpetuo firmiter obseruentur, pro fideli et firma obseruacione, singulorum et omnium eorundem / corporale, sacrosanctis ewangeliiis, per nos corporaliter manu tactis, prestitimus iuramentum. et tenore presencium hoc prestamus. presentibus sigilli nostri munimine roboratis. / In omnium et singulorum euidentis testimonium premissorum. Datum et Actum *Curiæ*. Anno domini .M^o.CCC^o.Lxx^o quarto. Sexta die mensis Martij. Iudictione .xij^a. etc.

Uebersetzung

Alle diejenigen, denen es zu wissen ansteht, sollen erfahren, dass wir Heinrich, Graf von Werdenberg-Sargans und Propst der Kirche zu Chur, nach genügender und reiflicher Ueberlegung durch gegenwärtigen Brief versprechen und versprochen haben, das Kapitel und die Kanoniker der Kirche zu Chur samt Leuten und Dingen, die besagtem Kapitel oder einzelnen Domherren gehören, guten Glaubens, nach Kräften und nach Können zu schützen, zu schirmen und vor jeder Belästigung zu verteidigen. Wir versprechen ohne jede List und ohne jeden Trug keinen der Vorerwähnten in seinen Rechten zu beeinträchtigen. Wir geloben erlassene und noch zu erlassende Satzungen des besagten Kapitels treu zu beobachten.